

PERICULUM ENTOMOLOGICUM,
 QUO
 CHARACTERES
 GENERUM INSECTORUM,

CONSENSU EXPER. FAC. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET.
 THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
 MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR.
 NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL.
 PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. LUNDENS. HARLEM. AMSTEID. ZELAND.
 NIDROSIENS. HALENS. NAT. SCRUT. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID.
 MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT.
 PARIS. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICÆ CENSURÆ PROPONIT

SAMUEL TÖRNER,
 NORCOPIA-GOTHUS.

IN AUDIT. GUSTAV. MAJ. D. X JUN. MDCCLXXXIX.

Horis confectis.

UPSALIÆ, LITTERIS DIRECTOR. JOH. EDMAN.

IN S:AM R:AM M:TEM
SPECTATÆ FIDEI VIRO,
AD STATUM FORTIFICATIONIS
CAPITANEO,
GENEROSO AC NOBILISSIMO
DOMINO
CAROLO JOHANNI
BOGEMAN,
FAUTORI PROPENSISSIMO.

*Eximiam, qua polles Historiæ Naturalis peritiam, Et sum-
mam, qua ex illa colenda perfrueris, voluptatem suspici-
ens, favoremque, quo me amplecti dignatus es, votis meis
meritisque longe majorem, grato recolens animo, TE haud
ægre laturum credidi, quod has pagellas TIBI humillime di-
care audeam, summa, donec vixero, mentis veneratione per-
mansurus*

GENEROSI AC NOBILISSIMI NOMINIS TUI

cultor humillimus
SAMUEL TÖRNER.

Prooemium.

Eam utique deprehendimus Systematum in gratiam Entomologiæ concinnatorum copiam, ut plura ejusdem generis molimina supervacanea videantur. Sic strenuam & felici cum successu in illa excolenda atque ad fastigium perducenda operam collocarunt bene multi Systematici eo directam, ut ad naturæ fœtus scrutandos facilior panderetur aditus. Sed in hoc præstando in diversa abierunt Auctores, dispari modo sciendi cupidis satisfaciētes. Quos inclitos scientiæ Conditores maximopere supereminet Historiæ Naturalis stator immortalis a LINNÉ; qui Summus Vir, ut ob sparsa lumina per reliquas Historiæ ejusdem partes incomparabilis, sic etiam ex Insectis Systematica serie tradendis nihil non gloriæ reportasse dicendus est. Grato ac perspicuo proponendi more se ubique commendat hujus ingeniosissimi Vir imethodus, naturæ curiosos in sui amorem ac admirationem vi quadam ipsi propria rapiens.

Hic etiam silentio neutiquam prætermittere possumus de re Entomologica longe Meritisissimi Prof. FABRICII indefessam & eximiam plane operam, qui novum condendo Systema, Entomologorum in se convertit oculos, & cujus Scripta celeberrima omnium eorum jam versantur manibus. Maxime sane consentaneum omnium foret votis, ut hunc incredibili præditum perspicacia Virum in subtilissimis insectorum

A 2

par-


partibus quisque assequi, & ipsius Characteres Genericos eruere valeret. Cum vero ea sit oporteat hujus amoenæ Scientiæ indoles, ut ejus principia, quoad fieri possit, peruestigatu facili methodo proposita, in omnium sese insinuent oculos cultorum, vereor ne potius nimiae curiositati satisfaciendæ inserviat labor, in instrumentis cibariis insectorum, secundum methodum Fabricianam, adeo ad unguem refecandis, collocatus, quam intento respondeat usui; atque Scientiæ cultores Nomenclaturæ supra laudati Viri magis adhæreant, habitum insectorum in ejus operibus traditorum ex Synonymis Linnæanis pernoscentes, quam notas Genericas ipsius Systematis irritò perquirere nitantur. Nos igitur Systema Scrutatorum captui accommodatum exigendo, castra Fabriciana deferere cogimur, characteres generibus insectorum ab ipso impositos, in minoribus præcipue, haud difficiles modo, sed esse inextricabiles plane persvasi: proinde aliis, quibus volupe erit, æque lynceis naturæ Scrutatoribus mandibulas ac maxillas insectorum earumque situm & dentes eruenda relinquimus, contenti, si in externis, aut magis conspicuis haud destruendi animalis partibus notas quasdam detegere valemus horum animantium familiis discernendis applicatas. Quo in negotio, si LINNÆI vestigia legentes ab istis nos interdum defletere offendimur, id mirum non erit perpendiculari, tot esse insectorum species post tempora ipsius detectas, ut ad singulas inveniendas & rite cognoscendas opus sit illas in plura genera disjungere; cujus rei necessitatem adeo quemvis perspicere convincimur, ut omnem demonstrationem superfluum ducamus.

Ad

Ad ordines insectorum quod attinet, illos, quos statuit a LINNÉ, integros servamus, divortia sententiarum cum FABRICIO facientes, qui Apem, Ephemeram & Oniscum sub eadem classe consociat, qui Libellulam & Araneam simili modo conjungit, & Acarum ac Oestrum sub eodem ordine proponit.

Difficultate ergo in hisce mire variantibus animalculis dignoscendis pensitata, Celeber. D. PRÆSES, pro suo in Historiæ Nat. incrementa ardore de eo fuit sollicitus, ut Entomologorum labor hac in re quodammodo sublevaretur; quem in finem præsens opusculum eorum proponitur discrimini, quo pacto sciendi cupidis methodus, qua in MUSEO Acad. Upsal. adornando usus sit, cum illis emendationibus, quas, post illius jam editum Catalogum, iteratæ observationes instituendas svaserunt, simul innotescat.

Editurus Specimen quoddam Academicum rogavi, ut vires in illo negotio conficiendo mihi periclitari permetteret idem Vir Celeberrimus: Quamobrem hos Characteres insectorum qualescunque Tibi B. L. sistit tenuis mei ingenii suppellex, indulgentem juveniliū conatuum excusationem enixe mihi expetens.



— Fag med LINNÉ betraktar
Naturens undränsvärda spår. PAVKUL.

I. COLEOPTERA.

* Antennis clava solida.

PAUSUS: Clava uncinata. Elytra abbreviata.
HISTER: Caput retractum. Elytra abbreviata.
COCCINELLA: Corpus hemisphaericum, subtus planum.
ANTHRENUS: a) Caput retractum. Thorax antice coarctatus. Corpus ovatum.
ELOPHORUS: Thorax quadratus. Elytra aequantia.

** Antennis clava bulbiformi.

BULBOCERUS:

*** Antennis clava lamellata.

LUCANUS: Maxillae porrectae.
SCARABÆUS: b) Caput extuberans. Tergum scutellatum.
COPRIS: Caput extuberans. Tergum exscutellatum.
MELOLONTA: Caput muticum.
Trox: Caput retractum, Abdomen subtus planum.

An-

a) Sub Byrrhi nomine comprehensus in Cat. Mus. Upf. b) Hoc, ut sequens genus, thoracem induit elytris adaequatum, ampliato-productum, sed Melolonthæ thorax est elytris inadæquatus, angustatus, brevis.

**** Antennis clava perfoliata.

CURCULIO: c) Caput rostratum, postice incrassatum.

ATTELABUS: Caput rostratum, postice attenuatum.

HYDROPHILUS: d) Corpus ovale, fornicatum. Pedes natatorii.

SPHÆRIDIIUM: e) Corpus ovatum, fornicatum. Pedes gressorii.

BYRRHUS: f) Corpus ovatum, convexum. Thorax antice coarctatus.

DERMESTES: Corpus oblongum, depressiusculum. Thorax antice attenuato-coarctatus.

BOSTRICHUS: g) Caput retractum. Thorax teres. Corpus cylindricum.

ANOBIUM: h) Corpus lineari-oblongum. Caput deflexum. Elytra flexilia.

TRITOMA: i) Corpus lineare, depressum. Thorax quadratus.

IPS: k) Corpus ovato-oblongum, undique convexum.

SILPHA: l) Thorax Elytraque lateribus explanatis.

NITIDULA: m) Thorax transversus. Elytra truncata.

NECROPHORUS: n) Thorax rotundatus, lateribus explanatis. Elytra plana, truncata.

***** Antennis moniliformibus.

OPATRUM: o) Thorax convexus, antice lunatus, lateribus explanatis. Elytra convexa.

BRU-

c) Antennæ insidentes rostro, ab oculis remotæ. d) Hydrous Cat. Mus. Upf. e) Corpus ad hemisphæricam figuram accedit in plurimis. Thorax ampliatus. f) Ingreditur Sphæridii genus in Cat. Mus. Upf. g) Ips Cat. Mus. h) Obs. Caput thoraci subæquale. Thorax rotundatus. Antennæ in quibusdam Speciebus moniliformes. i) Cum hoc characterē conveniunt Dermestes ferrugineus, Tritoma colon. Obs. Caput exsertum. k) Genus Fabr. ad quod pertinet Ips ænea: huc quoque referimus Silpham rusticam in Cat. Mus. l) Corpus depressiusculum, ovatum. Caput retracto-inflexum. Antennæ moniliformes in multis. m) Corpus quadratum. n) Hoc genus constituunt Nitidula littoralis & N. vespillo Cat. Mus. Upf. Nicroph. in scriptis Fabr. subalma forte est. o) Huic associantur Silpha cornuta, Hispa mutica & Opatrum Fabr.

BRUCHUS: Caput retracto-inflexum. Thorax antice angustatus. Elytra obtusa.

HISPA: p) Thorax antice angustior, immarginatus. Elytra obtusa.

CASSIDA: Corpus convexum, subtrus planum. Thoracis clypeus caput obtegens.

CHRYSOMELA: Corpus ovatum. Thorax transversus, marginatus. Elytra immarginata.

ALTICA: Pedes saltatorii.

MORDELLA: Corpus incurvatum. Elytra attenuata. Lamina ante femora.

ERODIUS: Thorax transversus, depressus. Abdomen subglobosum.

MELOË: q) Caput inflexum. Thorax lateribus adpressus, subrotundus. Elytra linearia, flexilia.

CLERUS: Caput thorace latius, resimul. Thorax postice attenuatus.

SPONDYLIS: r) Thorax elytris angustior. Corpus subcylindricum.

PIMELIA: s) Thorax rotundatus, convexus, marginatus. Elytra convexa, bimarginata.

TENEBRIO: t) Thorax antice lunatus, elytris subæqualis, marginatus. Corpus oblongum.

STAPHYLINUS: u) Elytra abbreviata. Cauda bifida.

***** Antennis filiformibus.

GYRINUS: Antennæ cylindricæ, capite breviores. Oculi quatuor. Noto.

p) Antennæ porrectæ, approximatae. Corpus sæpius aculeatum.
 q) Caput grande, retusum. r) Ad hoc genus referimus Tenebrionem asperum, Spond. buprestoiden, quamvis antennæ non nihil abluant.
 s) Difficillime ab hoc genere dissociari queunt Sepidii plurimæ Species in Cat. Mus., hinc combinavimus. Sepid. vittatum Erodii intrat genus.
 t) Thorax fere quadratus. u) Corpus lineare. Abdominis margo elevatus. Vesiculæ 2 supra caudam exferendæ. Alæ elytris obtectæ.

NOTOXUS: Thorax gibbus, utrinque attenuatus.

PTINUS: Caput retracto inflexum. Thorax antice coarctatus.

MELYRIS: Caput inflexum. Thorax bimarginatus.

CRIOCERIS: Antennæ approximatae. Thorax subquadratus.
Elytra oblonga.

CRYPTOCEPHALUS: Caput refo-cto-retractum. Elytra obtusa.
Corpus cylindricum.

AVCHENIA: x) Thorax teres, elytris depressiusculis angustior.

EVRYCHORA: y) Thorax subquadratus, depressus, margine sursum dilato. Elytra depressa.

CUCUJUS: Corpus depressum. Thorax postice rotundatus.

BUPRESTIS: z) Caput thoraci semi-intrusum.

ELATER: Pectoris mucro e poro abdominis resiliens.

***** Antennis setaceis.

SCARITES: a) Thorax lunatus, postice rotundatus.

CARABUS: Thorax obcordatus, postice truncatus, marginatus.

CICINDELA: Oculi prominuli. Thorax inæqualis.

DONACIA: b) Thorax quadratus, immarginatus.

CISTELA: c) Corpus oblongum, fornicatum. Thorax marginatus, antice angustior.

DYTISCUS: Thorax transversus. Pedes natatorii.

LEPTURA: Thorax subglobosus, muticus, antice angustior.

CALLIDIUM: d) Thorax rotundatus, muticus.

B

SAPER-

x) Sub hac adpellatione complectimur Crioceridis generi quasdam species antea junctas e. g. Cr. meridigeram, cyanellam. y) Ad hoc genus amandamus Pimeliam ciliatam (Cat. Mus.) z) Obs. Oculi in Buprestide fere oblongi, in Elatere rotundi. a) Carabus maxillofus, Tenebrio fosfor &c. hoc constituunt genus. b) Habitus nobis pervasit esse Calopum aquaticum, Spondyl. femoratum (Cat. Mus.) heic conjungendas. c) Heic in considerationem veniunt Crioceris sulphurea, C. cerambycoideus, similesque in Cat. Mus. d) Comprehendit Cerambycem rusticum, & hujusmodi in LINNÆ System.

- SAPERDA: e) Thorax cylindricus, muticus.
 PRIONUS: f) Thorax planus, margine acuto, crenulato-spinoso.
 CERAMBYX: *) Thorax lateribus extuberanti-spinosus.
 CALOPUS: g) Thorax teres, elytris angustior. Corpus cylindricum.
 CANTHARIS: Caput exsertum. Clypeus thoracis planus, elytris æqualis. Elytra linearia, flexilia.
 PYROCHROA: b) Caput exsertum. Thorax rotundatus. Elytra flexilia. Corpus postice incrassatum.
 CALOLYMUS: i) Caput globosum. Thorax antice coarctatus. Elytra linearia, flexilia.
 MALACHIUS: Elytra attenuato-angustata.
 LAMPYRIS: Caput tectum clypeo thoracis. Elytra flexilia.
 NECYDALIS: k) Elytra abbreviata. Cauda simplex.
 FORFICULA: Elytra abbreviata. Cauda forcipata.

II. HEMI-

e) e. g. carcharias (Ceramh. LINN.) f) e. g. Cerambyx carcharius Cat. Mus. *) Viderentur quidem diversi in Cerambycis genere habitus diversi prodere genera, modo character in his semper constans & perspicuus observaretur. Curiosorum ergo velificantes desideriis varias hujus generis facies ita proponimus: LAMIA: Thorax teres, spinosus. Elytra clunata, (i. e. postice convexa.) CERAMBYX: Thorax teres, spinosus. Elytra fastigiata, linearia. Obs. fastigiatum sumitur eo sensu, quo a LINNÆO adhibetur in Buprest. rustica. RHAGIUM: Caput elongatum. Thorax teres, spinosus. Elytra subfastigiata, cuneata. STENOCORUS: Caput elongatum. Thorax teres, extuberans. Elytra cuneata. Adduntur tum etiam ceteris adfinibus sequentes notæ disjunctivæ: CALOPUS: Thorax cylindricus, elytris angustior, muticus. Elytra clunata. SAPERDA: Thorax cylindricus, muticus. Elytra fastigiata. CALLIDIUM: Thorax rotundatus. Elytra fastigiata. g) Ab hoc genere non abludunt Cantharis viridisf. & Calopus ferraticornis. b) Nos, ut Fabricius, sub hac Canthar. pectinicornem LINN. consideramus. i) Lymexylon Fabr. it. Horia. k) Obs. Alæ exsertæ, nudæ; Forficulæ tectæ.

II. HEMIPTERA:

* Antennæ ensiformes. Os maxillis.

TRUXALIS: Caput conicum, elongatum.

** Antennæ filiformes. Os maxillis.

ACRYDIUM: Thorax ultra alas productus.

GRYLLUS: 1) Thorax hemelytris brevior. Alæ deflexæ.

PNEVMORA: Alæ planæ. Corpus inane, inflatum.

*** Antennæ sericeæ. Os maxillis.

LOCUSTA: Alæ deflexæ. Pedes saltatorii.

ACHETA: Alæ incumbentes, inferiores caudatæ,

BLATTA: m) Pedes cursorii: Antici breviores.

MANTIS: Pedes antici raptorii, longiores.

Os rostro:

FULGORA: Antennæ capitatae. Frons producta, inanis.

CICADA: n) Antennæ subulatæ. Alæ deflexæ.

MEMBRACIS: o) Antennæ subulatæ. Thorax gibbus, postice attenuato-productus, abdomen adæquans.

TETTIGONIA: p) Antennæ subulatæ. Alæ deflexæ. Laminæ ad femora postica.

CIMEX: Antennæ articulatae. Alæ planæ, cruciatae. Pedes cursorii.

NOTONECTA: Pedes posteriores natatorii.

NEPA: Pedes anteriores cheliformes, reliqui ambulatorii.

APHIS: *) Antennæ setaceæ, thorace longiores. Alæ, ubi adsunt, erectæ. Pedes ambulatorii.

CHERMES: Rostrum pectorale. Antennæ setigeræ. Alæ deflexæ. Pedes saltatorii.

COCCUS: Rostrum pectorale. Antennæ filiformes, breves.

B 2

THRIPS:

1) Alæ lateribus corporis adpressæ, item in Locusta. m) Thorax orbiculatus. n) Pedes saltatorii. o) Cicada cornuta LINN. hujus est generis. p) Cicadæ manniferæ, non saltantes (LINN.) heic a nobis insigniuntur. *) Abdomen sæpe postice bicornis.

THRIPS: *) Rostrum obsoletum, rima. Alæ incumbentes, subcruciatae. Abdomen sursum reflexile.

III. LEPIDOPTERA.

PAPILIO: q) Antennæ apicem versus crassiores. Alæ patulæ.

SPHINX: r) Antennæ medio incrassatæ. Alæ deflexæ.

BOMBYX: s) Antennæ pectinatae. Lingua recondita. Alæ deflexæ, ampliatae.

NOCTUA: Antennæ setaceæ. Lingua spiralis. Alæ deflexæ, angustatae. (res.)

PHALÆNA: t) Antennæ filiformes pectinataeque. Alæ paten-

PYRALIS: u) Antennæ filiformes. Alæ deflexæ, angustatae.

TORTRIX: Antennæ filiformes. Alæ ampliatae, obtusæ: margine exteriori curvo.

TINEA: v) Antennæ setaceæ. Alæ acutæ, convolutæ.

ALUCITA: Antennæ filiformes. Alæ fissæ.

IV. NEUROPTERA.

LIBELLULA: Antennæ subulatae. Alæ extensæ, omnes æquales. Cauda hamoso-forcipata.

AGRION: x) Antennæ subulatae. Oculi extuberantes. Alæ erectæ, æquales.

MYRMELEON: Antennæ capitatae. Alæ deflexæ, æquales.

EPHEMERA: Antennæ subulatae. Alæ erectæ, posticæ minimæ. Cauda setosa.

PHRYGANEÆ: Antennæ setaceæ. Thorax brevissimus. Alæ deflexæ.

HEME-

*) Alæ duæ. q) Obs. corpus angustum. r) Corpus obesum.
s) Antennæ maris sæpius pectinatae, feminae interdum setaceæ. t) Obs.
Alæ horizontales. Corpus gracile. Antennæ pectinatae & setaceæ in di-
stincto sexu. u) Alæ conniventes in figuram deltoideam. v) Alæ con-
volutæ in formam cylindricam. x) Genus Fabr. Oculi prominuli e. g. Libel-
lula puella LINN.

HEMEROBIUS: Antennæ setaceæ. Thorax rotundatus. Alæ deflexæ.

PANORPA: Antennæ setaceæ. Os rostro corneo, cylindrico. Alæ incumbentes.

RAPHIDIA: Antennæ setaceæ. Caput triangulare. Thorax elongatus.

TERMES: Antennæ moniliformes.

V. HYMENOPTERA.

FORMICA: a) Antennæ medio geniculatæ. Petiolus abdominis extuberans.

MUTILLA: b) Antennæ extrorsum attenuatæ. Os elingue. Petiolus abdominis æqualis. Corpus totum pubescens.

APIS: c) Lingua inflexa. Alæ planæ.

VESPA: d) Antennæ extrorsum crassiores. Alæ superiores plicatæ.

SPHEX: e) Antennæ extrorsum attenuatæ. Alæ planæ, subincumbentes.

CHRYSIS: f) Abdomen subtrus fornicatum, utrinque squama laterali. Aculeus subexsertus.

SIREX: g) Abdomen sessile, mucronatum. Aculeus exsertus sub abdominis spina terminali.

CORYNIS: h) Antennæ capitatæ. Abdomen fornicatum.

B 3

TEN-

a) Antennæ filiformes, fractæ. Oculi minuti. Alæ planæ incumbentes, neutris nullæ. Aculeus obsoletus. b) Alæ planæ, feminis nullæ. Abdominis primum segmentum maximum. Aculeus punctorius. c) Antennæ filiformes. Oculi oblongi. Aculeus feminis & neutris punctorius. d) Antennæ pendulæ. Os elingue. Oculi reniformes. e) Antennæ incurvæ. Oculi ovati. Aculeus punctorius. f) Os elingue. Alæ planæ. Corpus fulgidum. g) Antennæ setaceæ. Thorax antice lunatus. h) Sub hac denominatione inuimus Tenthredinem luteam, obscuram, & hisce similes, quæ alias iisdem notis insigniuntur, ac Genus insequens, Tenthredo.

- TENTREDO:** *i*) Antennæ subfiliformes. Abdomen sessile; oblongum. Aculeus ferratus, bivalvis, reconditus.
- ICHNEVMON:** Antennæ sericeæ. Abdomen petiolatum, elongatum. Aculeus exsertus, bivaginatus.
- CYNIPS:** *k*) Antennæ filiformes. Abdomen subovale, compressum. Aculeus spiralis.

VI. DIPTERA.

- OESTRUS:** Os clausum, poro pertusum. Antennæ globosæ, setariæ.
- STRATIOMYS:** *l*) Proboscis proclinata. Antennæ lanceolatae, basi conniventes. Alæ incumbentes. Scutellum dentatum. Abdomen rotundum.
- BIBIO:** *m*) Proboscis proclinata. Antennæ filatae, acuminatae. Caput globosum. Alæ extensæ.
- MUSCA:** *n*) Proboscis proclinata. Antennæ incrassatae, breves. Scutellum muticum.
- RHAGIO:** *o*) Proboscis exserta, palpis incumbentibus. Antennæ subulatae. Abdomen subconicum.
- TABANUS:** *p*) Proboscis exserta, palpis incumbentibus. Antennæ filatae. Abdomen ovale.
- TIPULA:** Proboscis brevissima. Palpi duo, porrecti, incurvi. Antennæ filiformes. CULEX

i) Thorax huic antice æquali-obtusius. *k*) Larvæ causæ sunt Gallarum. *l*) Huic generi inferimus Muscam mutabilem LINN. & M. chamæl. cum reliquis istius structuræ. *m*) Hoc loco denotamus Muscam mauram L. & huic similes, cum charactere convenientes. *n*) Sub hoc genere combinavimus Muscam & Syrphum Fabr. Alias sæpissime dignoscitur SYRPHUS Corpore tomentoso, aut glabro, depili. (i. e. nullis majoribus pilis s. setis horrido.) Musca vero, Corpore piloso. *o*) Antennæ apice interdum setigeræ, ut in Syrpho Scolopaceo, Catal. Mus. A. Upf. Thorax huic generi gibbus. Corpus elongatum. Genus est Fabr. cujus Gener. habitum sequimur. *p*) Oculi transversales in plurimis, sed in Muscis, STRATIOM. RHAGION. longitudinales, vel rotundi, Proboscis TABANI aculeis compressis, acuminatis prædita est.

CONOPS: Proboscis geniculata, setiformis, longa. Antennæ clavato-acuminatæ. Abdomen clavatum, inflexum.

CULEX: Haustellum elongatum: vagina aculeos setaceos gerente. Antennæ filiformes.

EMPIS: Haustellum inflexum. Antennæ subulatæ. Caput globosum.

STOMOXYS: *q*) Haustellum porrectum, setiforme. Antennæ setariæ.

BOMBYLIUS: *r*) Haustellum porrectum, longissimum. Antennæ subulatæ.

ASILUS: *s*) Haustellum porrectum, rectum, corneum. Antennæ subulatæ.

HIPPOBOSCA: *t*) Haustellum breve, cylindricum, nutans.

VII. APTERA.

LEPISMA: *u*) Pedes VI. Antennæ setaceæ. Cauda trifida.

PODURA: *v*) Pedes VI. Antennæ setaceæ. Cauda bifurca.

PEDICULUS: *x*) Pedes VI. ambulatorii. Antennæ moniliformes.

PULEX: Pedes VI, postici saltatorii. Proboscis brevis, incurva. Abdomen compressum.

ACARUS: Pedes VIII. Oculi II. Tentacula II, pediformia.

ARANEAE: Pedes VIII. Oculi VIII. Antennæ nullæ. Os forcipatum. Palpi articulari, incurvi.

PHALANGIUM: Pedes VIII. Oculi IV. Antennæ nullæ. Caput antice cheliferum.

SCOR-

q) Proponimus hic Asilum Morion. LINN. Obs. Proboscis in canalem retractilis in Conope, Stratiomy, Bibione, Musca. *r*) Caput depressum. Corpus ovale. Alæ extensæ. *s*) Caput compressum. Frons barbata. Thorax gibbus. *t*) Pedes unguiculis pluribus. *u*) Pedes cursorii. Cauda setis extensis. Corpus squamatum. *v*) Pedes cursorii. Cauda inflexa, saltatrix. *x*) Os aculeo retractili. Abdomen depressum, sublobatum.

SCORPIO: 1) Pedes VIII. Antennæ nullæ. Manus chelatae.

CANCER: Pedes. X. Antennæ breves. Corpus rotundatum.
Cauda recurvato-recondita.

PAGURUS: Pedes X. 2) Antennæ IV, inæquales. Corpus
elongatum. Cauda tenui membrana obducta.

ASTACUS: Pedes X. Antennæ IV, elongatae. Manus che-
latae. Corpus elongatum. Cauda extensa, foliacea.

GAMMARUS: *) Pedes X. Antennæ anticae breviores. Cau-
da compressa.

MONOCULUS: Pedes XII, plurimi chelati. Antennæ fissae.
Corpus crustae innatum.

ONISCUS: Pedes XIV. Corpus convexiusculum.

SCOLOPENDRA: Pedes totidem utrinque, quot corporis se-
gmenta. Corpus lineare, depressum. Anten-
nae setaceae.

JULUS: Pedes duplo utrinque plures, quam corporis se-
gmenta. Antennæ moniliformes. Corpus semi-cy-
lindricum.

1) In plurimis hujus Generis Speciebus observatur cauda articulata,
mucrone incurvo instructa. Pectines II. pedes posticos adjacent. 2) Spe-
cies in hujus generis Parasiticae sunt, cauda aphylla distinctae. *) Hujus
generi adscribitur CANCER pulex LINN.

Admiranda tibi levium spectacula rerum.

VIRG.